



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

Caput XVII. Qua ratione exercitia minorum Ordinum repetenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. XLVII.

De Ecclesiasticis vagabundis.

CAPUT XVI.

*Arcentur ab ordinibus Ecclesiasticis inutiles,
& vagi.*

„**C**um nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis,
„aut necessarius suis Ecclesiis; sancta
„Synodus, vestigiis Sexti Canonis Cor-
„cili Chalcedonensis inhærendo, sta-
„tuit, ut nullus in posterum ordinetur,
„qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pre-
„cujus necessitate, aut utilitate assumi-
„tur, non adscribitur, ubi suis fur-
„gatur muneribus, nec incertis vase-
„tur sedibus, quod si locum, incor-
„fulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum
„exercitium interdicatur. Nullus pra-
„terea Clericus peregrinus, sine con-
„mendatitiis sui Ordinarii literis, ab
„ullo Episcopo ad Divina celebrando,
„& Sacra menta administranda admittatur.

§. XLVIII.

*De restaurandis Ordinum inferiorum
functionibus.*

CAPUT XVII.

*Qua ratione exercitia minorum Ordinum
repetenda?*

„**U**t

„Ut sanctorum Ordinum a diaconatu Sæcul. XVI.
 ad Ostiariatum functiones, ab A.C. 1563.
 „Apostolorum temporibus in Ecclesia
 laudabiliter receptæ, & pluribus in
 locis aliquamdiu intermissæ, in usum
 „juxta Sacros Canones revocentur, nec
 ab hæreticis, tanquam otiosæ, tra-
 ducantur; illius pristini moris resti-
 tuendi desiderio flagrans sancta Syno-
 dus decernit, ut in posterum hujusce-
 modi ministeria nonnisi per constitutos
 in dictis Ordinibus, exerceantur, o-
 mnesque & singulos Prælatos Eccle-
 siarum in Domino hortatur, & illis
 præcipit, ut, quantum fieri commode
 poterit, in Ecclesiis cathedralibus,
 collegiatis, & Parochialibus suæ Diæ-
 cesis, si populus frequens, & Ecclesiæ
 proventus id ferre queant, hujusmodi
 functiones curent restituendas, & ex
 aliqua parte reddituum aliorum sim-
 plicum beneficiorum, vel fabricæ Ec-
 clesiæ, si proventus suppetant, aut
 utriusque illorum, eas functiones
 exercentibus stipendia assignent, qui-
 bus, si negligenter fuerint, Ordinarii
 judicio, aut ex parte multari, aut in
 totum privari possint, quodsi ministe-
 riis quatuor minorum ordinum exer-
 cendis clerici cœlibes præsto non e-
 runt, suffici possint etiam conjugati,
 Vitæ probatæ, dummodo non bigami,

C 5

„ad

Sæcul. XVI. "ad ea munia obeunda idonei, & qui
A.C. 1562. "tonsuram, & habitum clericalem in Ec-
 clesia gestent.

§. XLIX.
De Seminaris.

CAPUT XVIII.

*Forma erigendi Seminarium clericorum,
 præsertim tenuiorum: in cuius erectione
 plurima observanda: de educatione pro-
 movendorum in Cathedralibus, &
 majoribus Ecclesiis.*

"Cum adolescentium ætas, nisi recte
 „instituatur, prona sit ad mundi
 „voluptates sequendas, & nisi a tene-
 „ris annis ad pietatem, & Religionem
 „informetur, antequam vitiorum ha-
 „bitus totos homines possideat, nun-
 „quam perfecte, ac sine maximo ac-
 „singulari propemodum Dei omnipo-
 „tentis auxilio, in disciplina Ecclesie
 „istica perseveret; sancta Synodus sta-
 „tuit, ut singulæ Cathedrales, metro-
 „politanæ, atque his majores Eccle-
 „siæ, pro modo facultatum, & Diæ-
 „cessis amplitudine, certum puerorum
 „ipsius civitatis, & Diæcessis, vel ejus
 „provinciæ, si ibi non reperiantur, nu-
 „merum in collegio ad hoc prope ipsas
 „Ecclesias, vel alio in loco conve-
 „nienti, ab Episcopo eligendo, alere,
 „ac religiose educare, & in Ecclesia
 „sucis